

A morte perpetuâ, libera nos Domine,  
 Per Mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, lib.  
 Per adventum tuum, lib.  
 Per Nativitatem tuam, lib.  
 Per Baptismum & sanctum jejunium tuum,  
     libera nos, Domine.  
 Per Crucem & Passionem tuam, lib.  
 Per Mortem & Sepulturam tuam, lib.  
 Per admirabilem Ascensionem tuam, lib.  
 Per adventum Spiritus sancti Paracleti, lib.  
 In die judicii, lib.  
 Peccatores, Te rogamus, audi nos,  
 Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris  
     te rogamus.  
 Ut remissionem peccatorum nostrorum nobis  
     dones, te rog.  
 Ut compunctionem cordis, fontemque lacry-  
     marum nobis dones, te rog.  
 Ut fidem, spem & charitatem nobis dones,  
     te rog.  
 Ut Ecclesiam tuam sanctam regere & conser-  
     vare digneris, te rog.  
 Ut Donum Apostolicum & omnes gradus  
     Ecclesiæ in sancta religione conservare  
     digneris, te rog.  
 Ut Antistitem nostrum, & omnes congrega-  
     tiones illi commissas in tuo sancto obse-  
     quio conservare digneris, te rog.  
 Ut Regem nostrum custodire digneris, te rog.  
 Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare dig-  
     neris, te rog.  
 Ut Regibus & Principibus Christianis pacem &  
     veram concordiam donare digneris, te rog.